



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

Eivsdem Hieronimi Carmen

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

348 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

infinitorum cōtextu. Necq; Georgius Trapezuntius uir diuinus ex præparatione Euāgelica Eusebī in latinum uersa, minus gloriæ re/ portauit, quam rhetoricae artis laboriosissimo opere ædito. Cuius quidem clarissimi operis dedicati Nicolao quinto pōtifici maximo literarum toto orbe fugientium parēti, quo ad superos unde nobis demissus fuerat intempestiue redeunte, omnis doctrinæ spes crepta est, cum copiam facere omnibus quereremus, nec sat facile inueniri posset exemplar, tu. Alberte liberalissime, ex bibliotheca tua quam præciosissimis libris disciplinarum omnium liberalium refertam in ornatissima domo in modum atrij extructa studiosissime sumptu/ osissimeq; cōparasti, nobis promptissime subuenisti. Vnde cum te iuuante, imo causam priuariam præstante germen utilissimi libri in angulis quibusdam abditis delitescens fuerit abunde propaga/ tum, debebimus non tantum nos officiosissimæ tuæ probitati, sed quicunq; optatissimi muneris prius cupidi prope languebant, im/ mortales gratias habebunt. Cumq; in eo diuersorum male sentien/ tium opiniones insolubilibus argumentis cōfutatas, & fidem ortho doxam fundatissimis rationibus stabilitam & confirmatam lechi/ tabunt, non poterunt non tuæ munificentia meminisse, nomine uū æterne perennitatis monumento consecrantes.

EIVSDEM HIERONIMI CARMEN

Eusebius graio tantum sermone loquebar
Nec poteram latijs utilis esse uiris
Cura Trapezunti non est perpesta Georgi
Ignotum tanti muneris esse bonum
Interpres latias solers aduexit in oras.
Et docuit lingua liberiore loqui
Errores igitur quisquis cognoscere priscos
Instructus uera religione cupis.
Me lege diuinas Romana uoce docentem
Historias, grates soluere utriq; memor.

